



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 14. Lutheranorum motus in Silesia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](#)

## §. XIV.

*Lutheranorum motus in Silesia.*

Sæc. XVIII.

A. C. 1709.

Tandem Josephus Imperator gravioris  
mali metu adactus, Arnstadiense <sup>Fabri</sup> Staats-  
pactum contra Catholicos initum die Ranzley t. 15.  
vigesima octava Februarii suo assensu <sup>pag. 119.</sup>  
atque executionis decreto firmavit: ni-  
hilominus Prussiæ Regis Orator apud

D 3 Ratis-

tis campanis prælii signum dederunt: {cum-  
que Catholici Walthurnio reverterentur, ac  
supplicantium ordine iacentes, suasque  
preces alta voce recitantes dimidia ferme hora  
ab Verthemensi Urbe distarent, Comites Lu-  
therani citatis equis cum furibundo suo a-  
gmine in miseros hosce Catholicos inter hor-  
renda convitia & blasphemias contra Deum,  
religionem Catholicam & Cæsaream Majesta-  
tem effusas inhumana rabie irruerunt, tanta-  
que strage inermes, & nonnisi precatoriis  
suis globulis instructos incolas Verthemenses,  
vicinosque Moguntinos, & Herbipolenses  
peregrinantes affecerunt, ut propriis Comi-  
tum manibus quinque imperfecti. & quam-  
plurimi lethaliter saucii caderent: Nec Comi-  
tes ejusque socii turbato Catholicorum cultu,  
& supplicantium cæde contenti, eo usque  
temeritatis, rabidique furoris prolapsi sunt,  
ut etiam innoxios, qui fuga evadendi locum

quæ-



Sæc. XVIII. Ratisbonense *Corpus*, ut vocant, *Evan-*  
A.C. 1709. *gelicorum* denuo institit, ut Calvinistis  
 quoque in Silesia exercendæ suæ sectæ  
 libertas concederetur: Evidem Pro-  
 testantes hac super re Cæfarem sup-  
 lices adibant, hoc autem aures occlu-  
 dente, Anglia Regina, quæ tamen in  
 suo Regno Catholicis vix spirandi liber-  
 tam

quærebant, in omnibus viis, plateis & agris,  
 imo in ipsis urbis compitis insectarentur, &  
 obvios quosque barba crudelitate verberi-  
 bus contusos prostrernerent, atque iteratis  
 minis palam edicerent, cunctos hosce canes  
 Catholicos unaomnes adhuc trucidandos esse:  
 Nondum tamen satiata erat sitibunda Catho-  
 lici cruxis rabies, sed complenda adhuc e-  
 rant sacrilego ludibrio, ac mordaci Religio-  
 nis contemptu; igitur tres illi Comites cum  
 numero suorum agmine inter cachinos, fe-  
 stivos clamores, & horrendas execrationes  
 in Catholicos effusas velut parta insigni Vi-  
 ctoria ovantes solemnum in urbem regressum  
 instituerunt, ac duo juvenes Comites, unus  
 quisque labarum Sacrum, quod Catholicis  
 peregrinantibus eripuerunt, veluti tot tro-  
 phæa equis vecti usque ad Urbis forum pro-  
 priis manibus prætulerunt, gementibus Ca-  
 tholicis Verthmensibus, qui hostium suorum  
 furorem veriti in ædium angulis & speluncis  
 delitescere cogeabantur, ac nec saucii quidem  
 disper-

tatem indulxit, audacter tam per se- Sæc. XVIII.  
ipsam quam die vigesima sexta Junii A. C. 1709.  
per Medovisium Oratorem suum, incas-  
sum tamen, Cæsarem interpellavit:  
hanc vero repulsam Calvinistæ Clero  
Catholico, segniori Sueci Oratoris stu-  
dio, necnon Silesitarum Lutheranorum  
oppositioni imputabant: Jam antea vero  
die trigesima ejusdem Mensis Impera-  
tor per universam Silesiam edictum pro-  
mulgari jussit, vi cuius præceptum, ut  
omnes in Catholica Religione nati &  
educati, vel ejurata hæresi ad eam  
reversi, si ad Lutheri errores defece-  
rint, hos intra sex hebdomadas vel  
denuo ejurarent, vel omnium bonorum

D 4 pro-

dispersique ad suos concives reverti poterant,  
nec deinceps Divini cultus usum exercere  
ausi fuissent, nisi Löwensteinius Comes con-  
tra rebelles suos communi dominio subjectos  
cives ac rusticos, Heribolensis Episcopi ac  
Principis auxilia, militesque tempestive ad-  
vocasset, & die vigesima prima Junii Fran-  
conici Circuli Ordines Lutheranos hosce Co-  
mites acriter reprehensos dehortati fuissent,  
ne deinceps ejusmodi grassationibus manus  
suas polluerent, secus omni poenarum seve-  
ritate plectendi. Si vero Catholici sola tantæ  
inhumanitatis umbra Lutheranæ sectæ usum  
turbassent, quot violatæ fidei querelæ, quot  
clame-

Sæc. XVIII. proscriptione & exilii perpetui poena  
A.C. 1709. plecterentur: Vix hoc edictum innotuerat, cum illico Sueci Regis Orator reclamaret, & pacta, atque in iis concessam conscientiæ libertatem violari vociferaretur. Ast ejus verba non nisi aerem verberabant, præcipue, cum Lutherani Teichenavienses per quemdam hujus sectæ Studiosum non sine Würbnianæ Parochiæ præjudicio novum cultum invehere molirentur, quo circa die trigesima prima Octobris Imperator Schweidnitzensi Curiæ in mandatis dedit, ut Lutheranorum templo, quod ipsi via facti restaurarunt, primo occluderet ac demum illud unicum cæmeterio solo æquaret, quod & die prima Octobris factum, Principe

clamores, & oppressæ Religionis pacisque infractæ lamenta totam Europam replessent? nonne inter Religionis gravamina præcipuum locum hæc immanitas sibi vendicaret, & a Corpore Evangelicorum in comitiis Ratisbonensibus vindicta pararetur, in opem vocarentur socii, conquererentur foedera, & Catholici Protestantium subditi omni calamitatum genere ubique vexarentur? Longe diversa docet Religionis Catholicæ Sanctitas, charitas & mansuetudo: Num forte tam amaros fructus progerminat tolerantia tantopere hodie datum decapta?

cipe Saxo Weissenfelsensi acriter ob- Sæc. XVIII.  
strepente, & apud Cæsarem interce- A.C. 1709.  
dente, ut hæc Ecclesia Catholicorum  
expensis rursus erigeretur.

### §. XV.

#### *Brunsvico - Luneburgicus Dux ad fidem Catholicam reversus.*

Generosa Lutheranæ sectæ ejuratio, *Theatr. Eu-*  
qua Elisabetha Christina Josephi l. *rop. t. 18.*  
Imperatoris Conjux præluxerat, An- *nag. 135.*  
tonio Ulrico Brunsvico - Luneburgico *Fabri*  
*Staats,*  
Duci Religionis suæ falsitatem dete- *Ranßley*  
gendi occasionem præbuit; cum enim *t. 17. p. 176.*  
Princeps ingenii acie, & scientiarum  
ubertate præstantissimus esset, ex assi-  
dua utriusque Religionis librorum le-  
ctione, crebrisque colloquiis de prima  
sectæ suæ origine habitis jam dudum  
de ejus veritate dubitabat. Comperto  
Ducis consilio Prædicantes omnem mo-  
vebant lapidem, ut proposita solverent  
dubia, his tamen satisfaciendo impa-  
ribus Dux agnito errore, cum non mo-  
do Catholici omnes, sed etiam Prædi-  
cantes sui ac præprimis Helmstadien-  
ses (\*) profiterentur, Ecclesiam Catho-

D 5

licam

(\*) Hi Doctores in suo responso profite-  
bantur, quod Catholici in doctrinæ funda-  
mento